

PROF. ALEXANDER CHRISTIAN GACKENHOLZ

Fakultät	Medizinische Fakultät
Geboren	1672 in Celle
Gestorben	1717 in Helmstedt
Kurzvita	Med. Prof. d. Anatomie und Chirurgie in Helmstedt (1702–1717);
Studium in Helmstedt	Immatrikulation in Helmstedt: Alexander Christian Gackenholtz Cellensis (25.09.1690)
Ehefrauen	Clara M. Gackenholtz geborene Hagemann
Quelle	Ahrens 2004, S. 86
GND	https://d-nb.info/gnd/129760242
Permalink	https://uni-helmstedt.hab.de/prof-79-gackenholtz

Lehrstühle

1702–1717 Lehrstuhl für Anatomie / Chirurgie, Helmstedt

Vorlesungen (27)

Al. Christian Gakenholtz D. In examine Medicamentorum Officinalium hac hyeme occupabitur, ita tamen, ut operationes Chymicas, quas per aestatem instituit, interpositis vicibus continuat. [...], Wintersemester 1704/1705

[...] Privatim Experimentis curiosioribus Physiologiam omnem cum cura nec sine sumtu illustrabit., Wintersemester 1704/1705

Al. Christian Gakenholtz D. in physiologis tradet ordine doctrinam de secretionibus, de generatione & de sensibus., Sommersemester 1707

Privatis Lectionibus Medicinam staticam Sanctorii volentibus exponet., Sommersemester 1707

Quid in horto, demonstrationibusque Botanicis acturus fit, quibusque plantis hoc anno hortum auxerit, Programmata indicabit., Sommersemester 1707

Al. Christian Gakenholtz D. Absolutis Institutionibus aget de Materia Medica atque ex triplici Naturae regno simplicia Medicamenta in officinis ad praesentem usum asservari solita ordine recenserebit, inque eorum indolem inquiret. Ceterum aere denuo favente proximam occasionem obtinendi pro Sectione Anatomica Cadaveris aperiet, Hominisque structuram mirandam Spectatoribus ostendet., Wintersemester 1710/1711

Al. Christian Gakenholtz coepit exponere Materiam Medicam sive simplicia Medicamenta in genere & in specie: quam ubi operam ad finem perduxerit, pro muneris sui ratione tradet Doctrinam de Homine sano [...], Sommersemester 1711

[...] atque sicuti Programmata de Non imitanda per artem humana Machina indicavit, Physiologiam Medicam typis imprimendam, Dissertationibus publicis sicuti coepit hoc anno executere perget. Ceterum studia sua utilitate Auditorum metietur., Sommersemester 1711

Al[exander] Christian Gakenholtz D. Lectiones Physiologicas in quibus occupatur, continuabit & ad

finem perducet., Wintersemester 1712/1713

Nec minus Exercitia varia quae cum curiosis & solertibus ingeniis instituit., Wintersemester 1712/1713

Al. Christian Gakenholtz D. Finitis lectionibus Physiologicis, aget de Materia Medica sive simplicibus Medicamenti ita ut notas characteristicas ortum, facultates & adhibendi modum clare ostendat., Sommersemester 1713

Singulis hebdomadis unum diem dabit demonstrationibus botanicis., Sommersemester 1713

Operas privatas urgebit [...], Sommersemester 1713

[...] nec illis qui disputando vires periclitari voluerint, deerit., Sommersemester 1713

Al. Christian Gakenholtz D. & Med. Electoral. Lectiones de Materia Medica sedulo prosequetur., Wintersemester 1713/1714

Privata exercitia continuabit, novaque inchoabit, ad desideria Dn. Studiosorum., Wintersemester 1713/1714

Operamque dabit, ut cadaver ad sectionem publicam obtineat., Wintersemester 1713/1714

Al. Christian. Gakenholz D. Med. Elect. & Prof. O. Materiam Medicam per tria Naturae Regnae persequetur, nempe Mineralia Animaliumque partes in officinis asservari solitas explicavit: Vegetabilia vero simul demonstravit. Operam suam quoque offert illis, qui vere Medici Dogmatici futuri, theoriam accuratam cum selecta Praxi conjungere voluerint., Sommersemester 1714

Al[exander] Christian Gakenholz D. P. & Med. Reg. Corporis humani artificium, partiumque singularum officium exponet, tradetque alia ad Artem faciendam necessaria., Wintersemester 1714/1715

Al. Christian Gakenholz D. P. & Med. Reg. Corporis humani artificium, partiumque singularum officium exponet, tradetque alia ad Artem faciendam necessaria., Sommersemester 1715

Al. Christian. Gakenholz D. Physiologiam Medicam per hiemem tradet, & [...], Wintersemester 1715/1716

[...] privata addet alia ex voto Studiosorum., Wintersemester 1715/1716

Al[exander] Christian[us] Gakenholz M. D. & P. P. O. Agit nunc de Homine, in quo considerando perget, data quavis occasione ipsas partes ex arte dissectas ostenturus: Plantas ordine quo florent demonstrabit, usumque indicabit., Sommersemester 1716

Privata quoque exercitia continuabit., Sommersemester 1716

D. Al. Christian. Gakenholz Med. Reg. & P. P. O. Continuabit & ad finem perducet Physiologia exercitia, deinceps alia pro muneris sibi demandati ratione & ex voto Dnorum Commilitonum inchoabit., Wintersemester 1716/1717

Privata & privatissima continuare non intermittet., Wintersemester 1716/1717

Al. Christian. Gakenholz Med. Reg. & P. P. O. ad finem perducta doctrina Physiol. de Anima, tradet methodum quomodo Vires Medicamentorum explorandae & in usum trahendae., Sommersemester 1717

Dissertationen (7)

Pestilentiae averruncus sive de avertenda pestis theses tumultuaria Theses tumultuaria, 31.08.1712

De motu machinae humanae sive de hominis vitalitate Disputatio Physiologica II., 1711

De visione per cataractam impedita Disputatio medica inauguralis, 30.11.1713

Aegrum asthmate stomachali laborantem Disputatio inauguralis medica sistens, 30.09.1710

De Aegra Haemorrhagia Narium A Suppressione Mensium Laborante Disputatio Inauguralis Medica, 21.09.1716

De sanguinis circulatione Exercitatio medica inauguralis, 30.06.1710

De rhachitide Disputatio inauguralis medica, 17.09.1716

Rechenschaftsberichte

Zeitraum	29.06.1702–30.07.1702
Text	Post orationem inauguralem atque Programma die 29 Iunii Tractationem de materia Medica agressus sum, atque initio facto à Mineralibus, praemisi quaedam generalia de horum definitione ac divisione, tum copiose de actu, generatione ac principiis Mineralium disserui; excussis imprimis Aristotelicorum, Paracelsistarum, Scaligeri, Agricolae ac Cartesii opinionibus, quas aliquo modo conciliavimus. Tum quid / [v] / de Chymicorum principiis habendum sit indicavimus. / Die 30 Iulii Absoluta tractatione de principiis chymicis, quo modo & et quo fundamento venae metallicaee invenientur ac dignoscantur docuimus. / Tum rem ipsam aggressi à Mineralibus fluidis, nempe aquis initium fecimus, huius natura explicata ac recensitis differentiis, aquae, roris, pluviae, nivis, fluvialis, fontanae ac marinae individuaalem [?] & disparem usum explicavimus. Pocco / [36r] / usum aquae simplicis internum & externum exposui. / Gackenholtz
Quelle	37 Alt 2531, Fol. 35 f.
Zeitraum	03.07.1702–26.09.1702
Text	Die 3 Iulii Huius edocui usum aquae simplicis in Pharmacia. / Die 4 Iulii Extra [?] vocatus sum. / Die 6 Iulii Ad aquas minerales accessi, harumque diversitatem, generationis modum atque explorandi rationes prosecutus sum. / Die 7 Iulii Singularum aquarum medicatarum tam generales quam speciales virtutes exposui. / Diebus 10 et 11 Iulii Nundinae inducias lectionum fecere. / Die 13 Iulii Aquarum mineralium noxias qualitates indicavi, ac tandem utendi modum, se / [v] / cundum tempus, quantitatem hauriendae aquae, atque diaetam subiunxi. / Die 14 Iulii De mineralibus solidis agere coepi, expositaque horum prae reliquis ***regbis, in Medicina praestantia, in Auri naturam inquisivi. / Die 17 Iulii Num aurum pro cordiali medicamento habendum sit, disceptavi, & quae cordialia proprie dicantur, horumque naturam copiose explicui. / Diebus 18, 21 [et] 22 Iulii Brunsviga detentus sum. / Die 24 Iulii Consistorium publicum lectiones interpellavit. / Die 25 Iulii Ulte / [38r] / rius in virtutes auri vulgo depraedicatas inquisivi, quarundam etiam praeparationum (ratione salvim, aliorumque additorum) dotes experientia atque auctorum concentu comprobata commendavi. Ceterarum autem imaginariarum virtutum fallax fundamentum indicavi. / Die 27 Argenti natales, naturalem & principia evolvi / Die 28 Iulii Usum argenti medicum praecipue in praeparatis, huiusque fundamentum exposui. / Die 31 Iuli Extra urbem vocatus sum. / [38v] / Die 1 August Consistorium privatum à lectione prohibuit. / Die 3 August De ferro disserui, huiusque late diffusum usum in foro medico commonstravi. / Die 4 August Demonstrationibus botanicis vacavi, adductis atque secundum vera botanices principia examiniatis, betonica, mercuriali, bono henrico, sumaria malva, hyperico, linaria, scatiola,

gallio, Calamintha. / Die 7 August Paralipomena de martialibus, addidi atque hanc materiam absolvi. / [39r] / Die 8 August Exercitia botanica continuavi, oculis mentique obiectis euphrasia, veronica, nympharar, principella, agrimonia, anserina, meliloto, serpillio, echio, esula, helictirso [?], origano, hyposeyamo, cardiaca, verbasco, marrubio, conyta, dulcamara. / Die 10 August & sequentes Nundinas Brunsvicenses atque iter Hannoveram suisceptum, conscio Sererenissimo Directorio studia interpellavit. / Die 11 Septembris Ad labores consuetos reversus de cupro & cupreis disserui. / [38v] / Die 12 Septembris Plumbum album seu pannum examinavi / Die 14 Semptembris Plumbi nigri admirandas in Medicina pariter ac Chirugia dotes explicavi, additis tamen cautelis necessariis. / Die 15 Septembris Mercurii crudi & preparati vires ordine prosecutus sum. / Die 18 Septembris circa Antimonium occupatus fui, illius, nudi etiam, tutum imo proficuum usum demonstravi. / Die 19 Septembris De sulphure disserui, eius virtute pectoralis imprimis excussa. / [40r] / Die 22 Septembris Arsenici naturam, antidotum & aliqualem correctionem exposui, qua occasione de venenis disserui. / Die 25 Septembris Erat consistorium publicum. / Die 26 De bismutho & zinco sermonen habui. / Supervenere feriae ordinariae ob festum Michaëlis. / Gackenholz.

Quelle 37 Alt 2531, Fol. 37 ff.

Zeitraum 10.10.1702–22.12.1702

Text Octobris 1702 / Finitis feriis ob Festum Michaëlis / Die 10 Octobris de cinnabari nativa egi. / Die 12 Octobris De lapidibus in genere & speciatim haematite. / Die 13 Octobris De magnete & ***calviva. / Die 16 Octobris De calcuto humano & crystallo. / Die 17 De lapide calaminari & osteocolla. / Die 19 Erat consistorium publicum. / Die 20 Octobris De lapide lazuli & talio. / Die 23 De pumice, silice & unicornu fossili. / Die 24 De lapidibus pretiosis / [v] / summatim egi. / Die 26 Octobris De terris & quidem primo de Iaponica. / Die 27 De holis et terris officin [?] reliquis. / Die 30 De salibus in genere. / Die 31 De Θ <coi> & Φ <o> / Die 2 Novembris De vitriolo. / Die 3 De Θ e ammon. / Die 6 De cinevibus clavell. Alumine & sacharo. / Die 7 Ad marina progressus de osse sepia & spermate ceti disserui. / Die 9 De succino, de ambra grisea. / Die 10 De coralliis, coralina, conchis & matre per larum. / Diebus 13 et 14 Novembris Erant nundinae. / Die 16 De umbilico marino, & / [42r] / ad animalia integra progressus de asellis, cochinillis & canthavidibus egi. / Die 17 De formicis, lumbricis, viperis & hirudimibus. / Die 20 De animalibus, quorum partes in officinis pro usu medico asservantur, & primo de Alce. / Die 21 De apro, lacte asinino & bove. / Die 23 De casore. / Die 24 De cervo. / Die 27 De lapide bezoar & pedro del poco. / Die 28 De ebore, nulle & cera. / Diebus 30 Novembris & 1 Decembris Ab urbe abfui. / Die 4 Decembris Medicamentis ab homine desumptis in specie mumia. / [42v] / Die 5 Decembris De Moscho, unicornum & catto Zibethi. / Die 7 De radicibus agere coepi, acoro vero, radicibus china, curcuma. / Die 8 De Ipecacuanha & iride flor. / Die 11 De radice ninzii sassafras & sarsaparilla. / Die 12 De bryonia, mechoaianna alba, & Jalappa. / Die 14 Decembris De rhababara, rhapontico & radicus ligni rhodii. / Die 15 De badiany seu Aniso chinae & cacao. / Die 18 De vanilis, granis Hermes & semine gossypii. / Die 19 De myrobalariis, ricino & / [43r] / semine Moschi. / Die 21 Decembris De semine santonici, carthami. / Die 22 De

- Quelle cassia fistulari. / Sequatur Festum Nativitatis. / Gakenholz
37 Alt 2531; 37 Alt 211 Heft 1, Fol. 41 ff.; Fol. 112 f.
- Zeitraum 23.01.1703–31.03.1703
- Text Anno 1703 / Sub initio anni per aliquot diebus Hannoverae commoratus sum. / Die 23 Ianuar. De faba Sancti Ignatii egi, tamarindo & colyinthide. / Die 25 De Agarico & ligno Aloës. / Die 26 De ligno Guaiaco & Nephistico. / Die 29 De Santalis & cortice tamarisci. / Die 30 De cortico Peruriano seu Chinachina. / Die 1 Februari De Aloe & gummi ammoniacaco. / Die 2 Erat festum Purgationis. / Die 5 De gummi animae & Arabico. / Die 6 De asa dulci seu benzoe & asa foetida. / Die 8 De balsamo Peruriano & bitumine indiaco. / Die 9 De balsamo copaiva & bedellio. / Die 12 De cam / [v] / phora, caranna & colophinia. / Die 13 Februari De G. Eleni euphorbio & galbeno. / Die 15 De mastice, myrrha, olibano & opopanace. Sequentibus diebus morbus moras fecit, quas postea diebus extraordinariis & feriis antepaschalibus compensavi. / Die 12 Martii De Manna egi. / Die 13 De opio. / Die 15 De gummi gutta, Lacca & Ladano. / Die 16 De pice, sandaracha & sanguine draconis. / Die 16 De sagapeno scammonio syriaca. / Die 19 De tacamahaca, tragacantha & terebinthina. / Die 22 De Aromatibus generaliter egi & finem huic collegio imposui. / [42r] / Egi deinceps usque ad Pascha de Praescribendis Formulis. / Die 13 Martio De formularum praescribendarum necessitate & quando convenient, quando minus in genere indicavi. / Die 24 De requisitis formularum in genere. / Die 26 De formulis solidis & primo de pulveribus. / Die 27 De Pillulis & tolis [?]. / Die 28 De Electuariis morsulis & rotulis. / Die 29 De Emissionibus & Infuso. / Die 30 De Decoto, Clystere & balneo. / Die 31 De Potionibus & Lohoch seu Eclegmatibus. / Gakenholz
- Quelle 37 Alt 2532, Fol. 41 f.
- Zeitraum 02.04.1703–29.06.1703
- Text Die 2 April De Emplastris & saculis egi. / Die 3 April De Collynicis [?] & Cataplasmatibus. / Die 4 April De Epithematibus & Unguentis. Aliquod, sic finem huic collegio imposui. / Sequebantur Feriae Paschales, quibus finitis me ad Physiologicas Lectiones praeparavi, quibus Programma de Principiis Mechanicis praemisi. / Diebus 8 & 10 Maii De Natura & Constitutione Physiologiae praefatus sum. / Diebus 11, 14 [et] 15 (17 Erat Festum Ascensionis) / 18 & 21 Historiam Physiologicam, eiusque varia fata ab Ægyptiis ad nostra usque tempora prosecutus sum. / Die 22 De homine in genere disserui ac in quantum cum Machina comparari queat / [v] / ostendi. / Die 24 Quomodo homo à machina artificiali differat monstravi. / Die 25 Huius machinae humanae primum mobile esse inquirendum monui. / Sequebatur Festum Pentecostes. / Die 5 Iunii Principium actionum naturalium non esse animam rationalem probavi. / Die 7 Iunii Nec Ens quoddam hypostaticum, Archaeum, spiritum vitalem aut calidum innatum. / Die 8 Iunii Veros Machinae motores, sanguinem, spiritum & aërem esse declaravi. / Diebus 11 & 12 Quomodo obiecta externa per sensus corpus nostrum afficiant & moveant indicavi. / Die 14 Quomodo anima rationalis in organa agat & de numero animarum disserui. / Die 15 Iunii De Chyloseos antecedaneis [?] / [44r] /, masticatione, deglutitione. / Dies 18 & 19 Iunii De chyli in ventriculo confectione. / Die 21 De chyli motu per intestina. / Die 22 De chyli motu per

Quelle lactea ad receptaculum Pecqueti. / Die 25 Iuni De chyli motu per ductum thoracium. / Die 26 De usu flexuosi huius itineris & lymphae in tanta quantitate affusione. / Die 28 De chyli infusione in Cor. / Die 29 An in pluribus locis sanguini chylus immisceatur, disquisivi. / Gakenholz 37 Alt 2532, Fol. 43 f.

Zeitraum 02.04.1703–29.06.1703

Text Die 2 April De Emplastris & saculis egi. / Die 3 April De Collynicis & Cataplasmatibus. / Die 4 April De Epithematibus & Unguentis. Aliquod sic finem huic collegio imposui. / Sequebantur Feria Paschales, quibus finitis me ad Physiologicas Lectiones praeparavi, quibus Programma de Principiis Mechanicis praemisi. / Diebus 8 & 10 Maii De Natura & Constitutione Physiologia prafatus sum. / Diebus 11, 14 [et] 15 (17 Erat Festum Ascensionis) / 18 & 21 Historiam Physiologicam, eiusque varia fata ab Ægyptiis ad nostra usque tempora prosecutus sum. / Die 22 De homine in genere disserui ac in quantum cum Machina comparavi queat / [v] / ostendi. / Die 24 Quomodo homo à machina artificiali differat monstravi. / Die 25 Huius machinae humana primum mobile esse inquirendum monui. / Sequebatur Festum Pentecostes. / Die 5 Iunii Principium actionum naturalium nin esse animam rationalem probavi. / Die 7 Iunii Nec Ens quoddam hypostaticum, Archaeum, spinitum vitalem aut calidum innatum. / Die 8 Iunii Veros Machinae motores, sanguinem, spiritum & aërem esse declaravi. / Diebus 11 & 12 Quomodo obiecta externa per sensus corpus nostrum afficiant & moveant indicavi. / Die 14 Quomodo anima rationalis in organa agat & de numero animarum disserui. / Die 15 Iunii De Chyloseos antecedaneis / [44r] / masticatione, deglutione. / Dies 18 & 19 Iunii De chyli in ventriculo confectione. / Die 21 De chyli motu per intestina. / Die 22 De chyli motuper lactea ad receptaculum Pecqueti. / Die 25 Iuni De chyli motu per ductum thoracium. / Die 26 De usu flexuosi huius itineris & lymphae in tanta quantitate affusione. / Die 28 De chyli infusione in Cor. / Die 29 An in pluribus locis sanguini chylus immisceatur, disquisivi. / Gakenholz

Quelle 37 Alt 2532, Fol. 45 f

Zeitraum 03.07.1703–25.09.1703

Text Mense Iulio Augusto et Septembris / Die Iuli 2 Erat festum visitationis Mariae / Die 3 Iuli De sanguificatione egi / Die 5 Quomodo Tinctura rubicunda sanguini imprimatur disquisivi / Die 6 Iuli Erat consistorium privatum. / Diebus 9 et 10 Erant nundinae oppidanae / Die 12 De motu sanguinis locali egi / Die 13 De respirationis materia, Aëre / Die 16 De respirationis organis pulmonibus, diaphragmate et costis singulorumque motu / Die 17 An et quousque et quomodo aër ad pulmones penetret, sanguinique immisceatur inquisivi / Die 19 Erat mutatio Vice Rectoratus / Die 20 Ob Amici praesentiam non legi / Diebus 23 et 24 / [v] / De respirationis usu και ἄρσιν / Die 27 et 30 De respirationis usu primario καλά δεσιν / Die 31 Iuli De respirationis usibus secundariis, in liquidorum sorbitione et suctione item olfactu / Die 2 August De eius usu in oscitatione, tussi, sternutatione screatuque / Die 3 Augusti De eiusdem usu in risu, voce formanda et cantu / Diebus 6 et 7 De secretione Lymphae in specie / Sequebantur nundinae Brunsvicenses / Die 23 Augusti De usu lymphae primario pro nutritionis materia / Die 24 et 27 De nutritionis

- modo / Die 28 De Augmentatione et obsessitate / Dies 30 et 31 Augusti De renibus succentu- / [48r] / riantis. / Diebus 3 et 4 Septembris Erat mercatus oppidanus / Die 6 De lienis usibus falsis et incertis / Die 7 De vero lienis usu / Die 10 De generatione bilis in hepate / Die 11 De bilis motu / Die 13 De pinguedine / Die 14 De Medulla ossium / Die 17 De liquidi nervorum existentia / Die 18 De eius praeparandi organo / Die 20 De materia ex qua illud generetur / Die 21 De modo praeparationis. / Diebus 24 et 25 De indole ac natura fluidi nervorum eiusque usu. Sequebantur feriae Festi Michaëlis / Gakenholz Medicinae Doctor
- Quelle 37 Alt 2532; 37 Alt 211 Heft 2, Fol. 47 f. ; Fol. 51
- Zeitraum 10.10.1703–18.12.1703
- Text Mense Octobris Novembris Decembris 1703 / Post ferias festi Michaëlis. / Die 10 Octobris Difficultates quasdam circa secretiones huc usque explicatas proposui. / Die 11 Erat Consistorium publice. / Die 12 Eisdem difficultates, quantum fieri potuit, enodavi. / Die 15 Erat festum Academiae. / Diebus 16 et 18 De Transpiratione egi. / Die 19 De sudore. / Diebus 22 et 23 De urina. / Diebus 25 et 26 De purgatione menstrua. / Diebus 29 et 30 De Lacte. / Die 1 Novembris De semine masculino. / Diebus 2 et 5 De semine muliebri. / [v] / Diebus 6 et 8 Novembris De motu animalium in genere. / Die 9 Novembris De motu voluntario. / Diebus 12 et 13 De motu automatico. / Diebus 15 et 16 Novembris De sensibus externis et internis in genere. / Diebus 19 et 20 de natura, sede, numero sensuum. / Die 22 De tactu. / Die 23 De gustu. Sequentibus diebus cogebat iter Hannoveram suscipere, ex quo reversus. / Die 14 Decembris De olfactu egi. / Die 17 De Auditu. / Die 18 De visu. Sequebatur ANATOMIE publica, in cadavere virili. / A Gakenholz
- Quelle 37 Alt 2532, Fol. 49 f.
- Zeitraum 17.01.1704–17.03.1704
- Text Anno 1704 / Post ferias, Anatomicam publicam inaugurationemque novi Templi Academici. / Diebus 17 et 18 Ianuari Egi de Affectibus animi. / Die 21 Erat mutatio vice-Rectoratus. / Die 22 De somno et vigilia. / Diebus 24 et 25 De organis generationis, materia eiusdem et conceptione. / Die 28 Erat Consistorium publicum. / Die 29 De motu ovi secundi ad uterum. / Die 31 Ianuario De foetus nutritione. / Diebus 1 et 7 Februari De partu et vita foetus. Atque sic collegio Physiologico finem imposui. Dum me ad lectiones novas praepararem gravis defluxio ad pectus remoram / [v] / iniecit, paululum restitutus studiores Programmatae publico ad audiendam Pharmaciae invitavi. Die / 13 Martii Disserui cur et quomodo Pharmacia sit instituenda. / Die 14 De corporum dissolutione. / Die 17 De corporum combinatione et inmutatione. / Sequebatur Pascha / AC Gakenholtz
- Quelle 37 Alt 2533, Fol. 35 f.
- Zeitraum 25.04.1704–30.06.1704
- Text Ex itinere quod feriis paschalibus auctoritate publica in Belgium suscepam, redux. / Die 25 April De inmutatione corporum egi. / Die 28 Erat festum grandinis. / Die 29 Operationibus Chymicis vacavi. / Die 1 Maius Erat festum Ascensionis. / Die 2 Maius Praeparationes chymicae fuere continuatae. / Die 5

- Maius De igne tanquam instrumento Chymico primario egi. / Diebus 6 et 8 De altero instrumento, aère, item vasis et furnis. Sequebatur festum Pentecostes. / Diebus / [v] / 19, 20, 22 [et] 23 Ob ophthalmiam non legi. / Die 26 Maius De operatione Pharmaceutica prima, nempe Pulverisatione legi. / Diebus 27 [et] 29 De variis pulverisationis Galericæ speciebus sectione racione, limatura, cribatione, tritura. / Die 30 De Alcholisatione et Lotione. / Die 2 Junii De pulveribus officinalibus disserui. / Diebus 3 et 5 Experimenta chymica fuere continue. / Die 6 Interfui consistorio privato. / Die 9 Erat Consistorium publicum. / Die 10 De Calcinatio/ [38r] /ne egi. / Die 12 Erat auctio publica. / Die 13 Calcinationis dedi exemplum in tartaro. / Die 16 Ex eodem lixivium et sal fuere parata item essentia benzoës. / Die 17 De detonatione, comentatione, exstinctione. / Die 19 De ustione et incineratione item de calcinatis et ustis officinalibus. / Die 20 Detonationis et educoracionis exemplum dedi in antimonio diaph. / Die 24 Erat festum Sanctus Johannis. / Die 26 Erat funus Praepositi Ludger. / Diebus 27 et 30 Crocus metallorum diversis modis parabatur. / AC Gakenholtz
- Quelle 37 Alt 2533, Fol. 37 f.
- Zeitraum 03.07.1704–19.09.1704
- Text Mense Iuli, Augustus, Septembris / Iuli 3 [et] 4 De solutione corporum egi. / Die 10 De menstruis ageris. / Die 11 De menstruis Gulphureis. / Die 14 De oleosis. / Die 15 De acidis. / Die 17 Flores benzoës parabantur. / Die 18 Actum destillatum. / Die 21 Crystalli vividos uris. / Die 22 & Die 24 Sublimationes salium instituebantur. / Die 25 Elixir proprietatis. / Die 28 De sublimatione egi. / Die 29 Mercurris praecipita/ [v] /tis albus. / Diebus 31&1 August De destillatione disserui. / Die 4 De rectificatione. / Die 5 De cohobatione sequebantur induciae ob nundinas Brunsvicensis. / Die 22 Praecipitata varia ex mercurio parabantur. / Die 25 De figillatione hermetica&obiter thermometrurum constructione. / Die 26 Antimonium calcinabatur. / Die 28 Haec calx fundebatur in vitrum. / Die 29 Spie salis anmorai. / Diebus 1 & 2 Septembris Erant nundinae. / [40r] / Die 4 Regulus antimonii parabatur. / Die 5 Sulphus auratum antimorini. / Diebus 8, 9, 11 [et] 12 Ob raucedinem legere haud potui. / Diebus 15 [et] 16 De digestionem egi. / Diebus 18 [et] 19 De fermentatione. Finem simul his lectionibus inponens. Sequebantur feriae ob festum Michael. / Gakenholz
- Quelle 37 Alt 2533, Fol. 39 f.
- Zeitraum 30.09.1704–30.11.1704
- Text Mense octobris, novembris, decembris 1704 / Cum programme Auditores invitassem die 14. loco prooemii disserui de necessitate studii simplicium / die 16 de difficultate investigationis facultatum / et diebus 17 & 20 de differentia alimentorum & medicamentorum & venenorum / die 21 de cognitione externa simplicium / diebus 23 [et] 24 quod non sufficiat experimenta circa tuta [?] instituisse / die 27 de saporibus simplicium / die 28 de insipido & unctoso / die 30 de acri amaro & falso / die 31 de austero, acerbo, dulci & compositis / die 3 novembri de coloribus / die 4 / [v] / de odoribus / die 6 de signis ex loco natali / die 7 de signaturis / diebus 10 [et] 11 de observationibus exemplo insectorum passu / die 13 de commistione medica cum corporis humoribus / Sequebantur nundinae / die 20 de habitu et crescendi modo / die 21 de

- permissione medicamentorum cum salibus / die 24 de chimica analysi /
Sequentibus diebus valetudo lectiones interrupti / die 15 decembris de Aquis
disserui / die 16 de balneis / die 18 de auro & argento / die 19 de Cupro et
ferro / die 22 de plumbo / die 23 de stanno & argento vivo / Gakenholtz
Quelle 37 Alt, Nr.2534; 37 Alt 211 H.2, fol.30-31; fol.35-36
- Zeitraum 14.10.1704–23.12.1704
Text Mense Octobris, Novembris, Decembris 1704 / Cum Programmate Auditores
invitavi. / Die 14 Loco Prooemi disserui de necessitate studii simplicium. / Die
16 De difficultate investigationis facultatum. / Diebus 17&20 De differentia
alimentorum, medicamentorum & venenorum. / Die 21 De cognitione externa
simplicium. / Diebus 23 [et] 24 Quod non sufficiat experimenta circa tuta [?]
instituisse. / Die 17 De saporibus simplicium. / Die 28 De insipido & unctuosus. /
Die 30 De acri, amaro & falso. / Die 31 De austero, acerto, dulci&compositis. /
Die 3 Novembris De coloribus. / Die 4 De odoribus. / Die 6 De signis ex loco
natali. / Die 7 De signaturis. / Diebus 10 [et] 11 De observationibus ex
infectorum pastu. / Die 13 De commistione medicinae cum corporis
humoribus. Sequebantur nundinae. / Die 10 De habitu et vescendi modo. / Die
21 De permistione medicamentorum cum habitu. / Die 24 De chymica analysi.
Sequentibus diebus valetudo lectiones interruptit. / Die 15 Decembris De Aquis
disserui. / Die 16 De balneis. / Die 18 De auro & argento. / Die 19 De cupro &
ferro. / Die 22 De plumbo. / Die 23 De stanno & argento vivo. Gakenholz
Quelle 37 Alt 211 Heft 2, Fol. 35 f.
- Zeitraum 30.06.1705–31.08.1705
Text Mense Iulii, Augusti, Septembris 1705 / Ex thermis Emsensibus redux die[bus]
13, 14,16 [et] 17 de recrementis metallicis egi diebus 20 [et] 21 disserui de
lapidibus pretiosis, / diebus 23 [et] 24 de ceteris lapidibus minus pretiosis /
diebus 27, 28 [et] 30 de marinis / die[bus] 31 [Iulii] & 1. Augusti de Animalibus
quae integra in usum medicum trahuntur / diebus 4 [et] 6 de partibus
animalium quarum usus in Medicina / die 7 de lapide porci & simiae in specie /
diebus 10, 11, 13 [et] 14 de variis terrarum generibus. / Sequebantur
nundinae [v] brunsvicenses / diebus 27 [et] 28 de salibus / die 31 de nitro in
specie / die 1. Septembri de radicibus aromaticis / die 3 de radicibus
purgantibus / die 4 de radice nimin & sepentaria virginiana. / Sequebantur
nundinae oppidanae / diebus 11 [et] 12 de herbis quibusdam exoticis / diebus
14, 15 [et] 16 de lignis / diebus 17, 18 [et] 19. de corticibus / diebus 21 [et] 22
de fructibus maxime exoticis / diebus 23 [et] 24 de resinis & gummatibus /
diebus 25, 26 & 28 de aromatibus paralipomena. Gakenholtz
Quelle 37 Alt, Nr. 2534; 37 Alt 211 H.2, fol.29; fol.33
- Zeitraum 31.10.1705–30.11.1705
Text Postquam Programmate typis impresso Studiosos ad Physiologiam sacram
invitassem, / coepi die[bus] 9,10 [et] 11 novembri prooemiali sermone de
instituti ratione & Scriptoribus qui hoc argumentum illustrarunt disserere / die
13, ad Genesis 1,1. ex principiis medicis commentatus sum / die 16, ad versum
2, / die[bus] 17 & 19, ad versum 3,4,5, item versum 14 / die 20 & 23 ad versum
6, 7 [et] 8 / Die 24 & 26 ad versa 9 [et] 10 / die 27, ad versum 11 [et] 12 item

	caput 2,5 / [v] / die[bus] 30 [novembris] &, 1 decembris ad versus 20, 21 [et] 22 / die[bus] 2,3 [et] 4, a verso 24 ad 28 / die 7 ad versum 29 / die 8 ad caput 2, 21 item versus 22 [et] 23 / die 10 ad caput 3, versum 6 [et] 7 / die 11 ad caput 3, versum 8 item versum 19 / die 14 ad caput 3, versum 21 / die 15 ad versum 24 / die 17 ad caput 4 versum 15 / die 18 ad caput 6,4 / Sequebantur induciae ob festum Nativitatis / Gakenholtz
Quelle	37 Alt, Nr.2534, fol.28
Zeitraum	31.12.1705–28.02.1706
Text	1706. Ianuarius, Februarius, Martius / Die 18. Ianuaris Usque ad 28. Ianuaris de rebus Physiologicis in historia dilusii occurrentibus copiose egi. Diebus 1&2 februarii De Sara sterili & Abrami corpore emortuo ad capitulum 17,17 & capitulum 18,11. Diebus 4&5 In cacitatem Sodomitaris ad protam Lothi inquisivi. Die 19 Ad capitulum 25 de luca gemellorum. Die 22. De piloso Esauo & an fuerit monstrum. die 23. de pane & iusculo ex lentibus. Diebus 25 & 26. De vestibus Esau earumque et agri odore. die 1 Martii demonstratum per Iudaim? non nisi Musam fructum conmale intellig posse. / Die 2 De virga Iacobi & omni stata gematis ratione. / [v] / Die 4 De Iacobo claudicante & an fuerit restitutus. Die 5. De decies mutata mercede & egressione liberorum ex lumbis. / Die 8. De vulneribus. Die 3 exacerbatis. Die 9 An interpretatio somniorum fieri ex principiis medicis possit. / Die 11 De prastiguiis Magorum Aegyptiorum. Die 12. De tenebris Aegyptiaris. Die 15 De aqua per lignum edulcorata item de manna. / Die 16 De facie Mosis splendente. Diebus 18 & 19. De puerperarum & menstruarum legibus. Diebus 22[,] 23[,] 25.[et] 26. De ceterarum legum Ceremonialium fundamento naturali ac medico contra Spencerum & alios. / Gakenholtz
Quelle	37 Alt 2535, fol.23
Zeitraum	31.03.1706–31.05.1706
Text	Aprilis, Maius, Iunius 1706 / Port ferias paschales diversa hora physiologiam sacram per totum vet. Tert continuavi eamque ad finem perduxi, art in Medicorum gratiam die 20 Aprilis Institutiones Medicas exorsus sum et de Medicamentorum simplicium exploratione die 22 & 23 in genere disserui. / diebus 26 [,] 27[,] 29 [et] 30 / [v] / de iudicio ex saproibus ferendo de [diebus] 3. [,] 4.[et] 6. Maii de odoribus Medicis diebus 7 [,] 10 [et] 11 de coloribus die 13 erat festum Ascensionis diebus 14[,] 17 [et] 18 des signaturis diebus 18 [et] 20 de indicio virtutum ex loco natali defumendo. Sequebatur festum pentecostes diebus 3.[,]4[,] 7.[et] 8. Iunii de Animalium & insectorum passu. diebus 10.[,] 11.[et] 14 de commissione Medicamentorum cum corporis humoribus. diebus 15 [et] 17. / [26r.] / de observando habitu plantarum et crescendi modo diebus 18 [et] 21 de permissione Medel. cum salibus diversis diebus 22. & 25 (die 24 erat festum Iohannis Baptistae) de Chymica Medicina analysi. diebus 28 & 29 de alliis variis experimentis institui solitis.
Quelle	37 Alt 2535, fol.25-26
Zeitraum	30.06.1706–31.08.1706
Text	Mensis Iulii, Augusti, Septembris 1706 / die 1 Iulii de Metallis ingenere egi / die 2 erat festum visitationis Mariae / diebus 5 [et] 6 de Auro / diebus 8 [et] 9 de

	<p>argento indidebant nundinae apidanae port quas Sectionem publicam cadaveris masculini administravi./ diebus 2 et 3. Augusti de cupro / diebus 5.[,] 6.[,] 9.[et] 10. de ferri multiplici virtute & preparatis / die 12 de stanno / [v.] / die 13. de plumbo. / Sequebantur nundinae Brunsvicenses. / diebus 26 [et] 27. de Mercurio seu argento vivo. / diebus 30 [et] 31. de cinnabari minerali / diebus 2. [et] 3. Septembri de Antimonio. / diebus 6. [et] 7. erant nundinae opidanae / diebus 9 [et] 10. extra urbem abfui. / die 13. de salibus et in specie communi variis eius speciebus. / die 14 de vitriolo / die 16. de nitro / die 17. de sale ammoniaco / die 20 de alumine / die 21 de saccino / [28r.] / die 23 de ispermate uti die 24 de ambra grisea et osse sepiae. /Sequebantur feriae ob Festo Michaelis.</p>
Quelle	37 Alt 2535, fol.27-28
Zeitraum	30.09.1706–30.11.1706
Text	<p>October, November, December / die 12 Octobri de coralliis corallina, conchis & matre perlarum / die 14. de umbilico marino, asellis & conchinilla / die 15 de cantharidibus & formicis, / die 18. de lumbricis, viperis & hirudinibus,/ die 19 de alce, / die 21 de apro asino ex bove, / die 22 de caertore & castore / die 25 de cervo / die 26 de lapide bezoar, apri & simiae / die 28 de ebore, melle & cera / die 29 de medicamentis ab homine desumptis & mumia. / die 2. Novembri de moscho / die 4 de unicornu & catto Zibethi / die 5 de radicibus, acoro vero, china, / die 8 de radice curcumae & ipe cacuanha / die 9 de iride florente et ninzin / die 11 de sassafra & sarparalla. / die 12 de bryonia, mechoacana et ialappa. / [v.] / diebus 15. et 16. erant nundinae oppidanae / die 18 de rharbarbaro, rhapontico & et radice lign. rhod. / die 19 de badianii seu amiso chinae & cacao / die 22 de vanillis, granis Kermes & fem. gossypii. / die 23 de myro balanis, ricino & fem. moschi / die 25 de fem. santonici & Carthami / die 26 de cassia fistalari / die 29 de faba Ignatii & tamarindis. / die 30. de colocynthide / die 2. Decembri de agarico & ligno aloes / [30r] die 3 de ligno guaiaco & nephritico / die6 de santalis & cortice tamarisci. / die 7 de cortice peruviano seu chinachina / die 9 de aloe & gummi ammoniaco / die 10 de gummi animae & arabico / die 13 de asa dulci seu benzoar / die 14 de de asa foeticla & et balsamo peruviano / die 16 de bitumine iudaico, balsamine copaiva et bolellio. / die 17 de camphora caranna & colophonina / die 20 de elemi euphorbio, galbano & gummi gutta, / die 21 de martiche, myrrha & manna./ Sequebatur Festum Nativitatis. / Gakenholtz</p>
Quelle	37 Alt 2535; 37 Alt 211 H.3, fol.29-30; fol. 42-43
Zeitraum	30.11.1706–30.11.1706
Text	Alexander Christianus Gakenholtz Quod Auditores sui essent maiorum profectuum, illorum usibus et petito gratificaturus, loco consuetarum Lectionum, alia cum illis exercitia instituere debuit.
Quelle	37 Alt 2536, fol.29
Zeitraum	18.01.1707–31.03.1707
Text	Ianuarii Febuarii Martii 1707 / Post ferias die[bus] 18 et 20 Ianuarii de natura et constitutione physiologiae loco praefaminis egi, / die[bus] 21, 24, 25, 27 [et] 28 historiam physiologiae ab Aegyptiis ad nostra usque tempora enarravi. /

Quelle	die 31 de Homine in genere egi. / die 1 Februarii quod homo cum machina complaravi debeat ostendi. / die 3 quod tamen multam omni machinae praestet. / die 4 huius machinae primam mobile esse inquinendam monui / Sequebantur nundinae Brunsvicenses ad 17. principium actionum non esse antmam rationalem dilucide monstravi / [v] / [die] 18 nec ens quoddam hypostaticum Archaeum, spiritum [gestrichen] aut veros machinae nostra [gestrichen Ende] Calidum innatum probavi / die[bus] 21 et 22 obiecta externa corpus nostrum movere / die 28 animam rationalem in organa agere. / die 1 Marti de numero animarum disserui. / die 3 de masticatione et deglutitione/ die 4 de chyli in ventriculo praeparatione / die 7 de chyli motu per lactea, / die 14. de progressa chyli [gestrichen] confusione cum sanguine [gestrichen Ende] per ductum thoracicum / die 15 de chyli [gestrichen] perductum [gestrichen Ende] confusione cum sanguine. / die 17 de sanguificatione / [28r] / die 18 quomodo tinctura rabicunda sanguini imprimatur / die 21 de motu sanguinis per arterias egi. / die 22 de rigessu sanguinis per venas. / die 24 de respirationis materia / die 25 erat fert annunciationis / die 28 et 29 de respirationis organis. / die 31 an aer cum sanguine misceatur. Gakenholtz 37 Alt 2536; 37 Alt 211 H.2, fol.27-28; fol.98
Zeitraum Text	21.05.1708–29.06.1708 Ex itinere quod superiorum permissu feceram, redux / die 21 Maio coepi de medicamentis officinalibus agere & de Auctoribus huc pertinentibus disserui / diebus 22, 24 [et] 25 de potestatibus medicamentorum in genere / die 31 di & Junio de differentiis alimentorum medicamentorum & venenorum / diebus 4 [et] sequentibus de exploratione medicamentorum per saporem / die 11 de examine per odorem / [v] / die 12 per colores / diebus 14 [et] 15 per habitum & crescendi modum / die 18 ex signaturis / die 19 expastu animalium & insectorum / diebus 21, 22, 25 [et] 26 exercitia herbaria instituimus. / diebus 28 [et] 29 de permissione medicamentorum cum corporis humoribus / Gakenholtz
Quelle	37 Alt 2537, 40
Zeitraum Text	30.06.1708–31.08.1708 Mense Iulius, Augustus, September / [anno] 1708 / Mense Iulio simplicium Medicamentorum Examen per Chemiam docui atque cetera Experimenta huc facientia recensui. Dein ad tractationem specialem pergens de Aequis frigidis & calidis simplicibus & medicatis, itemque batneis egi. / Mense Augusto / [v] / ob nundinas Brunsvicensis & quia Aquas Emsenses sumpsi legere non potui./ Mense Septembri de Metallis Auro argento, cupro, ferro, stanno & plumbo, dein de Antimonio, argento vivo portea de salibus, vitriolo, nitroalumine, sale ammonialo ordine egi. / Gakenholtz
Quelle	37 Alt 2537; 37 Alt 211 H.3, 41; 19
Zeitraum Text	30.09.1708–30.11.1708 October, November, December / [anno] 1708 / Mense Octobri egi de Lapidibus pretiosis et minus pretiosis, calce viva, crystallo, pumice. Porro de terris, bolo variae terrae, Catechu, ochra, oresta, feris sigillatis. Marina dein exposui, ambram griseam, corallia, coralliscam, sperma cetios sepiae,

	succinum conchas. / Mense Novembri / Ad Animalia intergra progressus, afellos, caneros, cantharides, cochinillam, hirudines, lumbricos terrestres, formicas, viperas adduxi / [v] Postea Animalium partes, alcis cornu, ungulam, apri dentes & bovis fel & eius lapidem, oculos caneri castoreum, cervi partes, ichthyocollam, ebur, hominis partes, imprimis corium & cranium, lapidem bezoar, lucii mandibulam, Moschum, mumiam, lapidem manatis, zibithum. / Addidi axungios in officinis usitatus. / Mense Decembri radices potiores acorichinae, contraiaervae, curcumae, falappae, hermadactylos, machoacannam, rhabarbarum, lignum rhodium, fassatres, sarsaeparillem, serpentariam virginianam / Medio mensis decembris per ferias necessario itinere abfui. / Gakenholtz
Quelle	37 Alt 2537; 37 Alt 212 H.1, 42-43; 17
Zeitraum	31.12.1708–28.02.1709
Text	Mense Ianuario, Febuario, Martio / 1709 / Lectiones de Materia Medica quantum frigoris iniuria potuit Auditorum diligentiam excitare, continuavi et ad finem perduxi. / Gakenholz
Quelle	37 Alt 2538, Fol. 29
Zeitraum	18.04.1709–28.07.1709
Text	Post ferias paschales / Die 18 Aprilis Coepi Institutiones Medicas explicare et post praefationem hoc&19 I. prolegomena tradidi. / Diebus 22, 23, 25 [et] 26 De homine in genere&anima triplici. / Die 29 De masticatione ciborum. / Die 30 De deglutitione. / Diebus 2 et 3 Mai De digestione in ventriculo. / Diebus 6 [et] 7 De affusione succi pancreafici [?] & bilis. / Diebus 9, 10, 13 [et] 14 De chyli itinere ad sanguinem. / Diebus 13 [et] 14 Fundamenta ad doctrinam de Respiratione. / Die 16 Ab uste [?] / [v] / necessario abfugi sequebatur festum pentecostes. / Diebus 27 [et] 28 De respiratione ipsa. / Diebus 30, 31&3 Iuli De usu respirationis multplici. / Diebus 4, 6 [et] 7 De sanguificatione et motu sanguinis locali. / Die 10 De secretione in genere. / Diebus 11 [et] 13 De officio hepatis et motu bilis. / Die 14 De renibus succenturiatis. / Diebus 17 [et] 18 De secretione Lymphae. / Diebus 20 [et] 21 De nutritione. / Die 25 De transpiratione et sudore. / Diebus 27 [et] 28 De urina. / Gakenholtz
Quelle	37 Alt 2538; 37 Alt 212 Heft 1, Fol. 30 f.; Fol. 89 f.
Zeitraum	01.07.1709–31.08.1709
Text	Mense Iuli, August, September / Diebus 1, 4&5 Iuli De nervorum succo&cerebri officio dixi. / Diebus 8 [et] 9 Erant nundinae opidanae. / Diebus 11 [et] 12 De lacte. / Diebus 15, 16 [et] 18 De sanguine menstruo. / Diebus 19 [et] 22 De conceptione. / Diebus 23 [et] 25 De foetus nutrimento. / Diebus 26, 29 [et] 30 De partu egi. / Diebus 1&2 August De sensibus in genere locutus sum. / Die 5 De visu. / Die 6 De auditu. / Die 8 De sapore. / Die 9 De odore&tactu. / Sequebantur Nundinae / [v] / Brunsvicenses, quo tempore aquis mineralibus usus sum. / Die 29 Ad lectiones reversus sectionem Pathologicam adorsus sum atque de natura causis ac differentiis morborum usque ad festum Michaelis disserui. / Gakenholz
Quelle	37 Alt 2538; 37 Alt 212 Heft 1, Fol. 32 f.; Fol. 67 f.

Zeitraum	13.01.1710–28.03.1710
Text	1710 [Mense] Ianuario, Februario, Martio / die 13 de ictero egi. die 14 de vigiliis nimiis. / diebus 16 [et] 17 de somnocaro. / die 20 vertigine. / diebus 21 [et] 23 de Epilepsia / die 24 de convulsione et spasmo. / die 27 de tremore. / diebus 28 [et] 30 de Apoplexia. / die 31 de laesione tactus. / Mense Februario in dissecando cadavere feminino occupatus fui. / Martii 10 de rheumatismo / die 11 de arthritida fixa. / die 13 de arthritide vaga. / die 20 de lue venerea / die 21 de scorbuto. / [v] / die 24 de laeso gustu. / die 25 de laeso odoratu. / diebus 27 [et] 28 de visus vitiis. / Gakenholtz
Quelle	37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 35; 152
Zeitraum	08.07.1710–23.09.1710
Text	Mense Iulio, Augusto, Septembri / 1 Iulio ad 8. egi de parturientibus / die 10 ad 21 de Morbis puerperarum. / die 22 ad 8 Augusto de morbis infantum iuniorum puerorum. / Sequebantur nundinae Brunsvicensis quo tempore aquis mineralibus usus sum per 3 hebdomadam / die 4 Septembri sequente semeioticen aggressus dixi de signis in genere. diebus 9, 11 [et] 12 de signis ex variis corporis partibus desumendis. / [v] / diebus 15, 16 [et] 18 de urina. die 19 [et] 22 de pulsu / die 23 de sanguine venae sectione emisso. sic finiebatur collegium Institutionum. / Gakenholtz
Quelle	37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 33; 27
Zeitraum	14.10.1710–19.12.1710
Text	mense octobris, Novembris, Decembris post ferias die 14 coepi de Medd. officinalibus agere et de Auctoribus huc pertinentibus disserui. die 16 festum Academiae. diebus 17, 20 [et] 21 de potestatibus Medd. in genere. diebus 23 [et] 24 de differentiis alimentorum, medicamentorum & venenorum. die 27 usque ad 7 novembris de exploratione per saporem. diebus 10 [et] 11 per odorem / diebus 13 [et] 14 per colores / diebus 17 [et] 18 per habitum & crescendi modum. die 20 de signaturis [v] die 21 ex pastu animalium & insectorum. diebus 24 [et] 25 de permistione cum Corporis humoribus. die de experimentis chemicis. / die 28 et Decembris 1 [et] 2 de variis alliis Experimentis. diebus 8 [et] 9 de Minerarlibus in genere. die 11 sequ. de aquis frigidis & calidis simplicibus die 18 de medicatis aquis die 19 de balneis. / Gakenholtz
Quelle	37 Alt 212 H.2, 70

Zitierhinweis

Prof. Alexander Christian Gackenholtz. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-79-gackenholtz> [07.07.2026]